

## **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Tertiam Partem Summæ Theologiæ. Cum Commentariis  
Reuerendiss. D. Thomæ de Vio Caietani Cardinalis S. Sixti, Et Opvcvlis  
Eivsdem In tres Tomos distinctis

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

12. De Solutione maleficii, opera malefici ad hoc parati.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72797](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72797)

et formaliter & materialiter, de illa, que est essentia voti, constat quod creatori tantum sit: materia autem voti si promissio esse debet oportet quod creatura rationali fiat. Et si indisponsibilis aut incommutabilis, oportet quod fiat creatura rationali militantis ecclesiae, cui ex commutatione damnum & prejudicium fieret: quod hic non accidere ex dictis liquet.

Ad secundum dicitur secundum Theologiam loquendo (ad quam spectat devotis tractare) quod ecclesiam posse agere contra uota huiusmodi non seruantes, potest dupliciter intelligi. Vno modo, ut ecclesia agat pro iure suo contra cum qui uouit: & sic nec iure probatur, nec rationi conformat, quod agere possit: quia nulla sibi pollicitatione facta, nullum sibi exigendi ius congruit. Ex Decretali siquidem illa hoc non habetur; quoniam ibi agitur contra eos, qui iam antiqua obseruatiōē se debitores Ecclesiae constituerunt ex notis emisis: concurrit queibz obligatio uotia quasi per accidens: ex qua cunque siquidem causa longis temporibus continue persoluiscent certam frumenti mensuram, eadem qō emergisset. Authoritas autem Innocentii, Abbatis, Archidiaconi & glo. non est maior rōnibus super quibus fundantur quas constat non concludere acquisitum esse ius ecclesiae alicui. Innocentius enim opinans monasteriorum posse agere cōtra eum, qui voulit ingredi illud: fundat sc̄lūper hoc, quod utrum obligatorium. Ex hoc autem non sequitur, quod illud possit agere: sed ille cui promissio facta est, Deus scilicet Abbas uero super uerbis illis Decretalis: l. Cogendi, Exigenda. Sed ex his nihil habetur ad propositum: quia, ut patet, textus loquitur quando ecclesia erat ius acquisitum ex ipsa uuentium antiqua obseruatione. Glosa uero illa, quia uniuersaliter, absolute & imperialiter loquitur, dicens, quod ex nulla pollicitatione potest quod conueniri, nihil obstat. Quamvis super nulla rōne fundatur, si ad hoc adducatur propositum. Archidiaconus uero p̄dicta sequitur. Posset quoque & forte melius dicis, quod doctores isti licet dicant, quod ecclesia posset agere; non tam īd, quia habeat ius acquisitum, sed potius propter obligationem uuentium; ut patet ex rōnibus suis. Alio modo contingit ecclesiā agere, ut vires Dei gerit, cui est facta promissio. Et hoc modo Episcopus quidem ex officio agere potest contra non seruantes talia uata: alia uero ecclesiastice persona possumt indirecte agere, sugerendo in fauorem diuini cultus. Et quod hoc medium est inter posse conueniri ab ecclesia, ut illi dicebant, & non posse conueniri, ut alii sentiebant: ideo non est mirum, si diuersa senserunt: ad medium enim ex extremis uenitur. Mantua, die 13. Martii. 1500.

### TRACTATVS DVO DE CIVIS De maleficiis, cuius est unica quæstio.

#### QY AESTIO I.

*Num liceat maleficium soluere opera malefici  
ad hoc parati utendo.*



Vñritur utrum liceat maleficium soluere opera malefici ad hoc parati utendo.

Et uidetur quod sic. Quia necessitate exigente, licet uti iniquitate alterius ad commodum proprium ut patet in petere mutuum ab usurario. Sed hic ni-

A hil aliud interuenit, nisi ut iniquitate alterius parati, &c. ergo est licitum. Et confirmatur: quia nō minus malum est iurare per idola; quam simplex maleficium, sed secundum Aug. ad Publicolam, licitum est uti iuramento alterius per idola in pacis federe componendo: ergo licitum quoque erit ne cessitate virgente uti maleficium alterius.

In oppositum est cōsistentia Theologorum.

Respondō, quamvis præsumptuosa quædā ac temeraria opinio senserit licitum esse non induce re ad maleficium faciendum: sed necessitate extante uti iniquitate parati ad maleficium faciendum pp rōnē supradictam: indubie tñ ab oībus fidelibus oppositiū tenendū est. Tum pp diuinum pceptū promulgatum Leuit. 19. & 20. & Deut. 18. Prohibetur siquidem in his locis recursus ad magos ariolos, diuinos, &c. Constat aut̄ q̄ tales sunt parati ad hm̄i sa crilegia & hōes, ut plurimum necessitate aliqua consuetuerunt declinare ad eos. Authoritate ergo diuinā dānuntur recurrentes ad eos, qui parati sunt maleficia agere, & mortis pena puniēdi dñs & abominabiles Dño. Illicitum est igitur uti iniquitate fortilegorum maleficorum hm̄i ad suum cōmodum, quacunque id necessitate, voluntarie tamen fiat. Tum prōpter rationem.

C Ad cūtū etudiantem sciendum est, non semper licere uti iniquitate alterius parati ad peccandum, sed tunc solum qñ p̄t hoc fieri absque participatione in criminē: qñ autem hoc contingat, hic sumendum est. Duo sunt genera operum, quæ male exerceri possunt paratis ad peccandum. Quædā sunt, quæ deformitatem peccati habent necessariò annexam: sic q̄ ab hic non possunt, etiam si uellēt, absque peccato fieri, ut patet de meretricio actu. Quædam verò sunt, quæ fm̄ se bona uel non mala sunt, quæ tñ ex uoluntate operantur sp̄ habēt an nexum peccatum: ut patet de mutuo usurarii: mutare. n. non exigit peccatum, sed usurarius paratus est annexere sp̄ mutuo usura uitium. Ex hoc autē sequitur alia dīta, q̄ primos actus nullus p̄t petere aut cōsentire, ut ab alio fiat, quia sunt fm̄ se mali: & R. 1. dicitur. Digni sunt mōte non solum, qui talia agunt, sed et̄ qui cōsentient facientibus. Secundi uero generis actus licite potest quis petere, & eis cōsentire: qm̄ deformitatem peccati non ex se trahunt: sed uoluntatem alterius adiunctam sustinent. Ex hoc autem sequitur tercia differentia, q̄. s. in primis actibus non licet uti iniquitate alterius, quia hoc fieri nō potest absque propria. In secundis verò licite potest quis uti iniquitate parati ad hoc: quia ipse petit actum bonum, puta mutuum, sed ille adiungit iniquitatem sibi ipsi.

Duobus quoque modis contingit maleficium a maleficiis solui. Primo, per simplicem dissolutionē seu destruētionē maleficii prius facti: puta dissoluedendo ligattur capillorum cum aunculo ligneo, &c. Et hoc absque dubio licitū est, nec est opus malefici, ut malefici est, sed hominis scientis impedimentū boni proximi sui. Quoniam hic nulla euincit demonum inuocatio, sed sola dissolutionē signi, quo durante Diabolus statuerat malum cōseruare alterius. Scđo, per inuocationē demonum, seu aliud maleficium. Ethoc est absque dubio peccatum mortale: & est opus malefici, inquantum malefic⁹. Et quod opus non ex voluntate malefici, sed ex necessitate deformitatem peccati sibi coniungit, iō non solum agentes, sed petentes & consentientes, peccato se subiiciunt. Et ideo quamvis liceat debita prudentia adhibita, ut ad maleficū, & rogare Opus. Caiet. R 4 ut

TOMI II: TRACT. XIII.

ut saecūlū maleficium defruat simplici dissolutio. F  
ne non tamē licet ire ad eum, petendo ut alio ma  
leficium aut inuocatione dāmonum primum de  
struat. Nec ēt licet absolute ire ad maleficūm, & ab  
solute petere, ut succurrat maleficiato. Tū quia ma  
leficī opus, ut sic petitur, quando absolute petitur,  
sicut cum quilibet aliis artifex exposcit. Tū quia  
particulare opus necessit̄ est petere, & non usq; re  
linquere arbitrio viri diabolici petitionē propriā.

Et per hāc patere potest responsio ad obiecta.  
Tunc enim tantum licet ut iniuritate alterius ad  
proprium commodum, &c. quādō petens petit a  
ctum bonum, vel non malum, sic q̄ potest a roga  
to fieri absque peccato: quemadmodum contingit  
& in acceptione mutui sub usūris, & in postulatio  
ne pauci pacis cum infidelibus. Ille enim petit mu  
tuum, quod potest gratis concedi: & hic petit fed̄  
pacis, quod potest ab illis principibus fieri, & stabi  
liri absque peccato, neniendo ad fidem, & iurando  
per uerum Deum quamvis sciatur, neutrū id uel  
le facere absque peccato, quia parati sunt ex bonis  
petitis sumere occasionem peccandi. Sed a malefi  
cis id qđ petitur, fieri non pōt̄ absque peccato: qm̄  
subuentio dāmonica petitur necessario ab his, qui  
non possunt aliter subuenire, quām per dāmonū  
invocationem. Mediolani die 16. Martii, 1500.

TRACTATVS DE CIV VSTER TIVS,  
De Spasmo beatæ virginis Mariæ, cuius  
est ynica quastio.

QV AESTIO I.

*Num quod de spasio glorioſissime Virginis Marie matris  
Dei dicitur, ſi canonicum.*

**S**uppliantibus quibuscā, indulgentiam  
que potentibus in festo spasmi beatæ  
Mariæ, & eius oclausi, quod celebratur  
a dominicain passione usque ad domi  
nicam palmarum inclusuie iuſtūm est,  
ut ego conſulerem, ſi id, quod dicitur de spasio  
ſit canonicum, cui p̄cepto pro eo ac debui confe  
ſim obtemperans: quid mihi videtur, & qua rōne,  
ſcribere curau, quatuor dictūr. Primo quid intel  
ligatur rōne spasmi beatæ Mariæ. Secundo, ſi illud  
ſuit spasmuſ proprius dicitus. Tertio, ſi ſuit spasmuſ  
vulgariter. Quarto respondebitur direc̄te quālit̄o.

Quo ad primum, cum Saluator noſter tempore  
passionis exiuit a domo Pilati in Caluaria locum,  
batiulans ſibi crucem (ut dicitur Ioan. 19. & tres alii  
euangelistæ, ut patet Matt. 27. & Marci 15. & Lucæ  
23.) narrant Simonem quēdam Cyrenensem anga  
riatum, ut portaret crucem Domini, euidenter eli  
citur qđ Saluator noſter adeo debilitatus erat qđ  
crucem folus toto itinere portare nequit. Sed pra  
ter hāc, que ex euangeliō habentur, ſcriptum inue  
nimus, non tamē authenticē, quod Saluator noſter  
ante angariatum Simonem, sub cruce cecidit.  
& quod beata virgo mater eius compatiens, etiam  
cecidit spasmata, & quod ad perpetuam memoriam  
ad ſificata eſt ecclēſia ibi uocata ſancta Maria de spa  
ſimo. Festum igitur spasmi beatæ Mariæ ſignificat  
festum illius tristitia in illo caſu habite, & tantæ af  
fertæ, quod fuerit spasmus. Hāc de primo.

Quo ad secundum, Spasmi nomē duplīciter ſu  
mitur. Vno modo proprie, ut ſumitur a Phyſicis.  
Alio modo vulgariter, ut communiter idiota con  
ſuerunt dicere, aliquem cecidiſſe in spasio. Pri  
mo

ergo de spasio proprio dicto uideamus, ſi in beata  
virgine fuīt. Videtur enim quōd in ea fuīt uel eſſe  
potuit: quia posita cauſa, ponitur effectus: ſed excel  
lens dolor quandoque eſt cauſa ſpasimi ſecundum  
Auct. in tract. de Spasmo. igitur cum dolor Christi  
beatæ virginis fuerit maximus: ut patet p. Damasce  
num in li. 3. dicens, q̄ dolores, quoſ mater domi  
ni euiauit in partu, paſſa eſt in paſſione filii: tunc  
enim impletum eſt illud Simconis, Lucae 2. Et tuā  
ipſius animam pertransiſbit gladius ergo potuit ca  
re ſpasmuſ proprie diuītum. Sed ſi diligenter con  
ſideretur, neque literæ, neque rationi hoc cofonat.  
Dicitur quidem rationi Beatam Virginem agri  
tudinem aliquam paſſam fuīſe. Tum quia ſimilis  
debeat credi filio per oīa, quātū ſas eſt: de filio aut  
reſtatur Chrysostomus, quod non tuſt conueniēt  
iſpūm aliquo morbo languescere. Tum quia hoc  
preſtitum videtur Ioanni Euangelistæ, dicens Hie  
ronymo in prologo Euangeliū Ioannis, quod poſi  
tus eſt ad patres nōrōs tā extraneus a dolore mortis,  
quām a correptione carnis inuenit alienus. Iſpūm  
autem propriè conſtat eſſet morbum cōtra  
hentem neruos: non igitur conuenit iſpūm affere  
re in beata Virgine. Dicitur quoque a litera euā  
gelij: nam Ioan. 19. dī, quod beata Virgo stabat iu  
xa crucem: & iſpūm id eſt neruorum tam di  
ram contractionem in itinere paſſa eſt, quomodo  
tam cito liberata ad crucē uenit, nec ſedet, ſed ſtat,  
prefertim nō ſubtraeta, ſed potius crefcentē cā do  
loris ſpasmi. Nec curēdūm eſt ad miracula, ſed  
quod veriſimile ac rationi conſonum dicendum.  
Neclarę pures Euangeliſtam dicere ſtantem, qua  
ſi dixiſſet manentem. Tum quia euangelista repli  
cat, ſubdēns; cum vidifſet Iefus matrem & diſcipu  
lum ſtantem. Tum quia conſuetudo literę euā  
gelista eſt: quando rem gemit narrat, proprietatem  
ſitus deſignare: ut patet Ioannis primo de Ioanne  
Baptista, Stabat Ioannes, &c. & lo. 4. Iefus ergo fai  
gatus ex itinere ſedebat ſic ſupra fontem, hora autē  
erat quā ſexta, &c. & Luc. 18. Duo homines ascen  
derunt in tēplūm, vt orarent, unus Phariseus & al  
ter Publicanus. Phariseus ſtant hec apud ſe orabat,  
&c. & inſra. Et publicanus à lōge ſtant: & inſra. Stās  
autem Iefus iuſit illum adduci ad ſe. Et nili nomi  
na proprie interpretetur, oīa confusa erunt, vt  
philosophus docet in 4. Met. Tenēdūm igitur in  
dubio mihi videtur, quod nec neruori contrac  
tio, nec morbus alijs in beata Virgine fuerit. Et quan  
uis dolor ingens ſpasmuſ cāre poſſit, non tamē  
necessariō cauſat, poſte enim & non cauſe ſpas  
muſ: ut patet in ſaluator noſtro: cui? dolor ſuit  
maximum abſque ſpasmo. Hāc de ſecundo.

Quo ad tertium: quia nominibus eſt viendūm,  
vt plures vtſit ſecundum Philoſophum, 2. Topi.  
non inconuenit etiam de ſpasmo, vt vulgus loqui  
tur, tractare. Dicitur igitur vulgo ſpasmuſ aliquis  
cediſſe cum p̄e doloris magnitudine ſyncopem  
ſeu extraſim patiens cadit: occurrit enim tunc ad  
ſuſtinentium, & aqua in vultū aſpergiunt. Et iux  
ta hunc ſenſum, crediderim ego dici beatæ Mariæ  
ſpasmuſ. Huiusmodi autem doloris modum in  
beata Virgine fuīſe ex magnitudine ſuā tristitia  
credi potest. Sed reuerſa neque iſlo modo ſpasmuſ  
in beata Virgine fuīt: cū. n. fuerit gratia plena, Luc.  
1. oportet corporales defectus de ea negare, qui ple  
nitudinem perfectionemque gratiae impedit. Cō  
ſtat aut qđ dolor extra ſe perſonā faciens: exercitū  
rōn̄is impedit pro tunc erat tēpus maximē actuali  
ter & rationem considerandi paſſionem Christi.  
Igitur